

2105

P O L E M I C I.

2106

* II. fol. 33. p. 2. succedunt Opuscula *Job. Wiclefi*, et primo *Dialogus*. Initium: *Cum ydemptitas sit mater fastidij &c.* ut alias. Ad calcem *Pliaczka ἀγαγεμα* Librarii, qui post longam enumerationem Officiorum tres hominum Conditiones, quae hoc Opere erudiuntur, constituentium subdit: *Anakonczy Paliczka przietel*, i. e. *Ad finem Paliczka Amicus*.

III. fol. 67. p. 2. Ejusdem *Pastorale*. Initium: *Cum duplex debet esse officium &c.* ut alibi. Ad calcem nil nisi Index.

IV. fol. 98. ut in Elencho praevio Ejusdem *de Fundatione Fratrum*. Alibi inscriptus *de Fundatione Sectarum* incipit: *Motus sum per quosdam &c.* Nihil ad calcem.

V. fol. 122. ut ad calcem Ejusdem *de Noua preuaricancia mandatorum*. Initium: *Cum secundum veritatis testimonium &c.* ut jam alias.

VI. fol. 133. Ejusdem *de Simonia* praemisso *Conspectu*, qui incipit: *Sententia tractatus de symonia capitulariter sic habetur &c.* Ut alibi. Ad calcem *Distichon* illud mendosum: *Explicit hoc verum &c.* et Index.

VII. fol. 193. ut e calce adsumo: Ejusdem *Responsiones ad argumenta cuiusdam socij emuli veritatis*. Ut alibi. Initium: *Quidam socius quem suppono &c.* Subscriptus: *Andreas paliczka vester in omnibus: Jeronimus*. Quid istud?

VIII. fol. 217. ut in Elencho praevio: *Replicatio Magistri Jobannis Hus contra intimationem Magistri Mauritij Monachi*. Initium: *Quia predicando Ewangelium ad populum &c.* In Operibus *Hussi* editis T. I. p. 168. et nobis *Cod. CCCCXXXII*. inscribitur: *Contra occultum Alversarium*. En igitur illum manifestum. An vero is sit *Mauritius de Praga* non semel nobis memoratus, et an idem cum illo *Magistro Mauritio*, cui *Doctores Pragenses* contra *mandatum Innocentii VII. a. 1404 — 6.* locum dare recusarunt, ut illis pluries oggerit *Hussus*, dicere non habeo.

IX. fol. 237. p. 2. *Job. Wiclefi*, ut e praevio Elencho, et ad calcem, *Tractatus contra Cruciatam Pape*. Initium: *Cum secundum fidem katbolicam Rom. g. timentibus deum &c.* et relatus fuit alias.

DLIV.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, lat. Sec. partim XV. partim XIV. Folior. 212. f. parte priori caractere atro, luculento conscriptus, rubricisque distinctus exhibet: I. *Commentaria in Oseam Prophetam*, non utique *Wiclefi*, ut jam *Cod. CCCCXCIII*. monui, sed neque *Job. Hussi*, ut e dicendis patebit. Prooemium incipit: *Heliseus arabat in duodecim iugis boum. III. Reg. 19. Heliseus iste christus est, qui solet arare*

L 11 2

hoc

hoc est laboriose excolere et uersare terram cordium nostrorum &c. Expositio ipsa, in qua paene nihil carpas, nisi quod Ecclesiae mala nimium exaggerare uidentur: Uerbum domini quod factum est ad Osee. In hoc apparet primo quis mittit, quia dominus, et quid mittit, quia uerbum suum diuinissimum &c. Locus ille de saeuitia Cleri Thaboritarum, quem innui Cod. supracit. habetur hic fol. 30. Verum Commentaria in Bohemia scripta confirmatur etiam fol. 34. p. 2. ubi legas: Sed iam ex dei gratia quasi grandi miraculo apertum est in Bohemia os Zacharie et ruptum est hoc silentium nocentissimum &c. et uberius fol. 53. ubi et scriptionis tempus circiter ex his uerbis innotescit: videmus in hac provincia, quod laxante pessimo quodam ceco tyrano furta publicas rapinas et spolia et quasi primo Zeroboam tyrannidis et cedis erigente ydola in tota terra, quibus postquam fermentatus est totus populus rapinisque uiciatus, nullus duce illo ceco et duce cecorum acclamabatur melior, nullus regno utilior, nullus deo carior, et quamuis princeps erat omnium latronum terre, nemo eo sanctior, nullus homine dignior, quem nisi uirtus diuina peste deiecisset, nemo ei preualuisset, mores omnium pios subuertisset. Manifeste hic Job. Zizkam habemus jam a. 1421. altero etiam oculo orbatum, et a. 1424. in castris suis peste sublatum. Itaque et Librarius noster margini adscripsit: Nota Zizka. Quod uero pergit

Autor: Simili in episcopis summis reperies, qui laxantes cupiditates et symoniaca conuicia et permittendo lenocinia in tota ecclesia sanctissimi acclamantur et ab omnibus excusantur et defensantur; liquet a Wiclefi, Hussique sensu non prorsus alienum fuisse.

II. fol. 97. absque Autoris nomine sequuntur Job. Wiclefi *Lectiones in Daniele*, notae Baleo et Tannero, qui tamen initium nobis non adsignaue. Est autem illud: Anno tercio regni Joachim Regis iudee &c. *Iherusalem in presenti est ecclesia electorum dei degens sub tempore periculoso antichristi &c.* Abrumpuntur in C. VII. v. 4.

III. fol. 193. per 2. columnas manu Sec. XIV. *Epistola dionisijs Ariopagite ad timoteum.* Initium: *Saluto te diuinum discipulum et filium spiritualem &c.* Saepius relata.

IV. fol. 194. *De colibet magistri iobannis de pebam.* Vir hic excellentis ingenii, Anglus Cisterciensis ex O. Franciscanorum ad Archiepiscopatum Cantuar. euectus multa scripto reliquit, quorum Catalogum texunt Waddingus, Fabricius, Tannerus, alii. Obiit a. 1292. Quodlibeta ejus Scholastica secundum hos Bibliographos a Quaestione de Praedestinati incipiunt; igitur diuersa a nostris, quorum initium est: *Quesitum est de rebus diuinis et humanis. circa res diuinas quesitum est primo de essentialibus, secundo de personalibus &c.* et deinceps nihil de Praedestinatione. Quare puto

2109

P O L E M I C I.

2110

puto nostra innui per *Quaestiones quodlibeticas* a solo *Waddingo* citatas. Quamvis enim hae illo teste incipiant: *Inter Thesuros Sapientiae &c.* meminisse tamen debemus, eas in praesenti *Codice* compendio tantum referri, ut *Titulus* supra adscriptus docet.

Involutus est *Codex* Membranae continenti *Literas* expectativas ab *Innocentio* Pont. Rom. datas *Job. Clementi* de *Duba* pauperi Clerico ad beneficium, cuius collatio spectat ad *Pragensem* Episcopum, aut *Coenobium Aulæ Regiæ* Ord. Cist. *Rome apud Sanctum petrum XII. kl. Decembr. Pontificatus Anno primo.* Est is *Annus 1353.* et *Pontifex Innocentius VI.*

DLV.

785 *Codex* membranaceus lat. Sec. XII. Folior. 67. 8. minutius, sed eleganter exaratus, et rubricis distinctus exhibet: I. *Dialogum* inter *Clericum* *Secularem* et *Regularem* inscriptum *Innocentio* II. Pont. Max. qui obiit a. 1143. Initium ejus ita habet: *Innoc. divina fauente clementia sanctæ romanæ sedis almo pontifici. G. frater indignus uocari presbiter. cum Petro pugnare. cum Petro triumphare. Quod omnium ecclesie filiorum ego indignissimus et infimus presumo scriptis alloqui uicarium Petri &c.* Autor nervosi et egregii hujus Scripti est *Gerobus* ab a. 1132. ad an. 1169. celeberrimus Collegii Canon. Reg. *Reichersberg.* in *Bavaria* Praepositus, pie-

tate ac doctrina illustris, acerrimusque veritatis propugnator et morum censor; in *Epilogo* enim, nobis fol. 26. p. 2. disertè legas: *digneris in bono habere memoriam mei indigni presbiteri nomine Gerobii.* Edidit illud e *Cod.* ut ait, coaevo *Coenobii Rotens.* O. S. B. in *Bavaria* D. *Bern. Pezium* T. II. *Thes. Noviss. Anecd.* P. II. p. 438. praemissis in *Dissert. Isagog.* p. 28. observationibus, quae me plura de eo adferendi labore levant. Id unum noto, *Codici* nostri possessorem quendam olim absurde circumspertum verba illa, quae sub principium *Gerobus* de se posuerat: *perdita virginitate, nimium sero, delevisse,* quae *Pezium* laudabiliter reposuit memor illius: *Est confusio adducens gloriam et gratiam.* *Eccli* 4. v. 25. Ceterum *Codex* cum *Editis* probe consonat.

II. fol. 28. sequuntur *Excerpta* e L. XXI. *Augustini* de *Civitate Dei* de *Sacramentis* *Eucharistiae* et *Baptismi.* Item e *Gelasii* I. *Epist.* ad *Epp. Orient. et Dardan.* Item ex *Augustino* de *potest. lig. et solvendi,* et de *unico Baptismo* &c.

III. fol. 31. Incipit *tractatus* *wilgelmi* philosophi de *cicis* super *philosophiam.* Lege *Wilhelmi* seu *Guilelmi* ab oppido patrio *Normanniae* dicti de *Conchis,* quem nolim cum *Possentino* conjicere *Franciscanum* fuisse, Autoris in *Gallia* sua Sec. XII. celeberrimi, mortui a. 1150. *Parisiis,* de quo ubertim congeffit *Oudinus* T. II.

L 11 3

col.